



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

Concilium Lugdunense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

SIMPLICIUS
PAPA.

L V G D V N E S E .

NEPOS
IMP. 551

ANNO CHRISTI 475. ¹ Et quia in tantis rebus.] Totum hoc membrum usque ad illa verba, constat esse puniendos, quod neque in vulgatis exemplaribus legitur, neque in Puteanorum fratrum manuscripto, quo hic vni sumus, extat in vetusto codice sancti Galli, ut admonuit Henricus Canisius tomo 4. antiquae lectionis.

CONCILIVM L V G D V N E N S E ,
PAVLO POST SYNODVM ARELATENSEM
suprascriptam, sub Patiente ecclesie Lugdunensis
episcopo celebratum.

D E hac Synodo unicum extat Fausti Reiensis testimonium, quod paulo ante citauimus ex eius epistola ad Leontium episcopum, ubi significat se post Arelatensis Concilii subscriptionem, nouis erroribus reprehensis, aliqua libris suis adiecisse iussu Synodi Lugdunensis. Quid praeterea in hoc conuentu actum sit, ignoramus. Nisi forte ad hanc Synodum referri placeat, quod in vetusto codice Conciliorum adnotatum legitur his verbis: De libro ecclesiasticorum dogmatum, quem S. Patiens protulit: ut quemadmodum in Synodo Arelatensi approbati fuerant libri Fausti episcopi Reiensis, sic in Lugdunensi prolatum a Patiente intelligamus, receptumque a Synodo librum de ecclesiasticis dogmatibus, cuius auctor vulgo creditur Gennadius presbyter Massiliensis. Quia de re quia non liquet, haud facile pronuntiarim.

